



Sreiherr v. Ende-Siljessnitz.

<i>A</i>	
Iustas Anglorum in Galliam protestationes	7.
Acterna vita ex ratione gentiumque consensu	8.
Actuum moralium norma	9.
Aestimator et cultor humanioris litteraturae Lutherus	15.
Paradigma Politici in T. Pompon. Attico.	
Inscis romanorum Aedibus	17.
Antiquitas Martyriologica	38.
Athanassii Exilius	39.
Astronomorum hypothefibus	41.
Amore Dei	47.
Habitu corporis humani ad actiones morales	50.
d. Accentibus s. distinctionibus Ke breorum Prosaicis.	56.

d. imaginibus Veterum in Bibliothecis et alibi positis	19.
Belli et pacis iustitia in regno Por tuallie fundata	26.
Barbarorum populorum pre cultior bus prærogative	40.
Burdigalensi rebellione	57.

<i>B</i>	
Officio Princeps circa Bellum suscipi endum	2.
Magis Bethlehem profetis stella dux An Brutal sentiant	13.
Brutorum religione	24.

<i>C</i>	
d. Cauffi fabularum cū origines genti um	6.
Comparatio obligatumq; ex diuersis homini scilicet omnibus orinundur	11.
Cultor et estimator humanioris litter aturae Lutherus	15.
Prudentiae civilis capitulo Peipus	25.
Cometarum natura	31.
R. des Cartes Metaphysica divina	35.
R. des Cartes Utopia. Spirituum	36.
Populorum barbarorum pre Cultior bus prærogative	40.
Quid Cognoscit possit de statu reuelis post mortem ex lumine naturali	45.
Cardinalibus virtutibus	48.
Cardinalibus vitiis	49.
Corporis humani habitu ad actio nes morales	50.
de Cromwellio vaticinii Uferia	52.
Summa capita iuriis Nat. ac	

Gentium in officiis humanis. 59.

Emphasibus scriptis 42.
d. Eukaietis s. Tempestivitate 53.

D
Modis decernendi successorem in
regnis 1.
Sciencia ab rebus necessitatem
inferat! 3.
Duce setta profectis magis ex oriente
Bethlehemnum 13.
Divina Metaphysica R. des Cartes 35.
Dei amore 47.
d. Distinctionibz Hebreor. Prosaicis. 56.

F
Fabularum cō gentium origines causa
d. Figuris planis hyperbolitis regn.
planibus 30.
Fatalibus Imp. et Monarchiarum
periodis 58

E
Sæcraria Neronis in Ecclesiam 16.
Eloquentia 23.
Epictia Juliani contra Prulos. Xianos. 28.
d. Ente 35.
Exsiliis Athanasii 39.

G
Gallie R. iure in Lotharingiam 5.
cō Gentium origines fabularum 6.
in Galliam insta Angloru. Pœaciones. 7.

42. Iuris Nat. et Gentium summa capi-
ta in officiis humanis. . . . 59.

53.

Historia sine Parente 6.
Hominum temperamentis 10.
Ex Hominum statib⁹ diversis obligationib⁹
orientium comparatio 11.
Humanioris litteratura cultor et
estimator Lutherus 15.
Historia Portugallie 26.
Hypothesibus Astronomorum 41.
Hominum multiplicatione secundum
strang. essentie partem 43.
Habitu humanae corporis ad actio-
nes morales 50.

Humana mente 55.
Hebreorum distinctionib⁹ Prosaicis 56.
I. Nat. et Gent. summa capita in
officiis Humanis 59.

Jure R. Gallie in Lotharingia 5.
Imaginib⁹ veterum in bibliothecis
vel alibi positis 19.
Imperi expers religio 21.
Inconsulte vocis moderamine 22.
Justitia belli et pacis in regno Portu-
gallie fundata 26.
Juliani editum j. Christianos Philosophos 78.
D. figuris planis Specimelis regu-
larebus 30.
Imbecillitate luminis naturalis in de-
monstrando statu mentis post mortem 32.
Juliana periodo 51.
Imp. et Monarchiarum fatalib⁹
periodis 58.
Iuris Nat. et Gent. summa capita
in officiis Humanis 59.

Quid de statu mentis post mortem ex
lumine naturali cognosci possit. 45.

M
Modis decernendi successorem
in regnis - - - - 1.

Moralium actuum norma ... 9.

Magis ex Oriente stella ducet Beth-

lehemum profectis - - - - 13.

Moderamine inconsulta vocis - - - 27.

Miscellanea theses ex Philosophia - - 27.

Mathematicarum propriet. Selecta-

rum decas - - - - 29.

Luminis nat. imbecillitas in demonstr.

Statu Mentis post mortem. - - - 32.

Metaphysica Divina R. des Cartes ... 35.

Mythologica Antiquitatis ... 38.

Multiplicatione hominum secundam

etrang. et sentie paret. - - - 43.

Quid de Statu Mentis post mortem ex lu-

mine natur. cognosci possit? - - 45.

Habitu corporis humani ad actio-

nes morales - - - 50.

Mente humana - - - - 55.

Monarchiarum et Imp. fatalibus

periodis - - - - 58.

Jus R. Gallie in Lotharingiam - - - 5.

Lutherus litteraturae humanioris

cultor et estimator - - - - 15.

Luminis naturalis imbecillitas in demonstr.

Statu mentis post mortem. - - - 32.

Legis natur. primo principio - - 44.

ex
12.45.
Obligationum ex diversis hominum sa-
tibus orientium comparatio ... 11.
Oriens in Occidente ... 37.
In officiis humanis summa iuri-
nat. et gentium capita. 59.

An Necesitatem rebus inferat Dei
præscientia? ... 3.
d. Namurco urbe. ... 4.
Norma actuum moralium ... 9.
Neronis (Claudii in temp. e' ecclesiam
sevitia. ... 16.
Natura cometarum ... 31.
Naturalis luminis imbecillitas in demoni-
strando statu mentis post mortem. 32.
Naturalis Legis primo Principio ... 44.
Quid de statu mentis post mortem ex
lumine Natur. cognosci possit? 45.
Nat. iurius ac gentium summa capita
in officiis humanis ... 59.

Officiorum Principiis c' bello suscipiendo ... 2.
causasq' origines gentium ... 6.
fabularum.

P
Principiis officio c' bello suscipiendo ... 2.
Præscientia Dei an rebus inferat ne-
cessitatem ... 3.
Sine Parende historia ... 6.
Prætensiones istae Anglorum in Galliam
præparatione ad sapientiam. 12.
d. præfectis magis ex oriente Besche-
num stellæ duce ... 13.
Paradigma politici in T. Pompon. Attico.
Recipuis prudentia Civ. capitulo. 17.
Portugallia Historia ... 26.
Propositionum Mathematicar. Selectarum
decas ... 29.
Planis figuris isoperimetricis regulanib' 30.
Prises Romanorum Adilibus ... 34.
Prærogative Populorum barbarorum
pro cultioribus. 40.
Primo Principio L. Naturalis. 44.

d. Praejudicium	46.
d. Periodo Julianus	31.
Prosaicis Hebreor. distinctionibus	56.
Periodis fatalibus Imp. et Monarchiarum	58

variis modis determinendi successorem in regnis. 1.
 Nominis in rom. et Ecclesia Savitiae. 16.
 Reulatione et retractatione Veneris. 18.
 Religio expers imperii. 21.
 Religione brutalorum. 24.
 Regularibus figuris planis operimelius. 30.
 Romanorum prius edictibus. 34.
 Rebellione Burdigalenſi. 97.



	Temporamentis hominum 10.
vanis modis Suecessorem de-	Theles Miscellae e Philosophia 27.
cernendi in re gnis 1.	d. Tempestivitate 53.
ex diversis hominum statuum	
orientium obligationum comparatio-	
ad Sapientiam preparatione 12.	
d. magis ex oriente Stella duce Bell-	
lehemur profectis 13.	
an Sennarii bruta 14.	
Særvia Neronis Claudi in remp.	
et Ecclesiam 16.	
d. Secesibus Veterum 20.	
Imbecillitas luminis nat. in demonstr.	
Statu mentis post mortem 32.	
Spirituum Utopian R. des Cartes 36.	
Scripture emphaticis 42.	
Luid de statu mentis post mortem ex	
lumine natur. cognosci possit 45	

U. V.

Variis modis decernendi sue cessorem in regnis	1.
D' Urbe Namuræ	4.
Vita eterna ex ratione gentiumque confusa	8.
Vetem recitatione et retractione	18.
Veterum imaginibus in bibliothec- is vel alibi positis	19.
Veterum Secesibus	20.
Vocis inconfusa moderamine	27.
Hopian Spirituum s. deg. Carles	36.
Virtutibus Cardinalibus	48.
Vitiis Cardinalibus	49.
Vserii Vaticiniū de Conwello	52.

53
55

DISSE^RTAT^O PHILOSOPHICA
ΕΥΚΑΙΡΙΑΣ,
De
TEMPESTIVI-
TATE,
Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSIAE, ELECTORATVS BRANDENBVR-
GICI AC RELIQVARVM BRANDENB. PROVINCiarVM
HEREDE, CETERA,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
CONSENSV AMPLISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHICAE,
PRAESES
M. IO. FRIDERICVS WERDER,
POTSDAMIENSIS MESO-MARCHICVS,
AD DIEM OCTOBR. A. M. DCC. II.
publico eruditorum examini
subiicit,
RESPONDENTE
IOANNE DANIELE Nettmann /
Corbaco-Waldeccensi.

HALAE MAGDEB. Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

ЗАВІТІ
ЛІЧЕБНИКІ

ІНДІЯ

ОМІСІЧНОГО ДІЛЕНІЯ
ОДНОГО ДІЛЕНІЯ ОДНОГО
ДНІ ХІРІЯ СОЮЗНИХ
ІНДІЙСЬКИХ ПІДДІЛІВ
ІНДІЯ БІДГІЛІА

ІО. ІІЛІАСІНДЕР

ІМІЧІМІСІЧНОГО ДІЛЕНІЯ
ІІЛІАСІЧНОГО ДІЛЕНІЯ

ІІЛІАСІЧНОГО ДІЛЕНІЯ
ІІЛІАСІЧНОГО ДІЛЕНІЯ



Q. D. B. V.

Sixto*¶* 15.

Etymologiae vocis *euuenia*, §. I. Tractandi ratio & ordo, §. II.
Iuuenili aetatis in adquirendae summae felicitatis studio tempe-
stivitas vendicatur, §. III. Illustratur id ex testimonio S. Scri-
pturae, §. IV. Probatur autem a facilitori, qua iuuenilis aetas
gaudet, omnium facultatum animae emendatione, §. V. scilicet
intellectus a) in genere, §. VI. $\omega\zeta$ ev παρόδῳ obiectio de se-
nioribus ad studia animum hanc sine successu adplicantibus oc-
currunt, §. VII. β) in specie, vbi euincitur, quod in iuuentute
facilius emendetur a) iudicium, §. VIII. b) imaginatio, §. IX.
c) memoria, §. X. Porro demonstratur, quod in iuuentute fa-
cilius medelat admittat a) voluntas, §. XI. b) affectus, §. XII.
Transit ad II, nam partem, eiusque divisione adnectitur, §. XIII.
Agitur de tempestivitate 1) circa officia hominis erga Deum, &
quidem a) circa rectum deo sensum, quem adiuuat, in iuuen-
tute statim imaginationem ad bona direxit esse obiecta, §. XIV.
& affectus emendasse, §. XV. β) circa cultum Dei, & quidem
a) circa internum, §. XVI. b) circa externum. §. XVII. 2)
circa officia hominis erga semetipsum, §. XVIII. 3) circa officia
hominis erga alium, §. XIX. Sequitur IIIa pars de tempe-
stivitate resipienda circa decorum, §. XX. Denique additur
IVta & ultima pars de actionibus ad utilitatem siue conser-
vationem commodo tempore insituendis, & quidem a) circa
rem oeconomicam, §. XXI. β) circa leges ferendas, §. XXII. γ)
circumfederata pangenda, §. XXIII. δ) circa bellum gerendum, §.
XXIV. Atque ita tandem dissertationi coronis imponitur, §. XXV.

A 2

§. I.

§. I.

*Etymologia
vocis évanuai-
gia.*



N animum nostrum

cum induximus, agere περὶ ἐνυαγίας,
seu de tempestiuitate, in antecessum,
vt eo prorior deinde ipsa fluat tracta-
tio, vnum vel alterum circa vim vocis
enucleandam notatu dignum prae-
basse, non adeo absonum erit. Vox

ἐνυαγία, cuius synonymum est

synaegia, sumitur apud PHILONEM pro situs opportunita-
te, adeo vt ipsi denotet situm opportunitatem & commoditatem
habentem. Vt plurimum vero innuit tempus opportunum

iustum, statum, quo aliquid vt fieret, omnino conueniebat. In

* definibus l. hac significatione adhibetur a CICERONE, * inquiete:
III. Quemadmodum opportunitas, (sic enim adpellamus ἐνυαγίαν) non

* de inuenti- sit maior productione temporis. Item * cum occasionem descri-
one Rhetor, bit, quod sit pars temporis habens in se alienius rei idoneam faciendi
l. 1. opportunatatem. Sic autem opponitur ἐνυαγία significanti
praeter id, quod occasione destituitur, tempus haud opportu-
num, intempestiuum, quo alteri molesta creatur. Hanc

* in Chara- THEOPHRASTVS * describit, quod sit congressio molesta iis, qui
eteribus mo- buscum congregari. In posteriori sensu nos vocem ἐνυαγίας
rum c. XIII. usurpamus, quippe quae nobis cum CICERONE * nihil aliud
* Officior. l. 1. indigit, quam occasionem seu tempus actionis opportunum,

circa finem commodum & ad aliquid feliciter peragendum maxime ada-
ptatum.

Tractandi §. II. Ut vero ordine circa tractationem thematis no-
ratio & or- stri procedamus, meditationes de tempestiuitate qualescum-
do. que nostras instituemus ad quadruplices hominum actiones,
prout illae vel summatam felicitatem adquirendam, vel honestum,
vel decorum, vel denique utile respiciunt. De singulis sigilla-
tim,

❧ (5) ❧

tim, quantum nobis licuerit, aliquid in medium erit proferendum. Faxis Deus feliciter!

§. III. Quamuis omnes omnino homines, cuiuscunque et- *Iuuenili ae-*
iam illi sint aetatis, summae felicitatis, cuius inexhaustum desi-
tati in ad-
derium sibi natura insitum esse sentiunt, compotes fieri, omni quirendae
studio adlaborent; nihilominus tamen iuuenilis aetas prae o-
summae fe-
mni alia ad summam felicitatem felici cum successu adquiren-
licitatis flu-
dami maxime opportuna est & tempestiu. Nam cum iuuen-
dio tempe-
*stuti vel bene vel male transactae imputanda sint bona vel mala *sinuas vin-**
*in prouectiori aetate in nos redundantia, praefat omnino, in *dicatur.**
eadem ceu iusto ac commodo tempore solidissima felicissime
decurrendi vitae stadii ponere fundamenta, vt ita queamus
tandem aliquando participes fieri summae illius felicitatis,
quae absolutitur in vnitione mentis cum Deo, ita tamen, vt
necessario praecesserit seria eiusdem a vitiis purgatio.

§. IV. Luculentissime hoc addita sua tessera compro- *Illustratur*
bat Regum sapientissimus S A L O M O , vtpote cuius verba huc id ex testi-
*omnino collineant, dum in *Kohleth c. XII, comm. I. iuueni-**
monis S.
*bus de solidissima felicissima vita basi ponenda consulturus *Scripturae,**
inquit: Recordare, iuuenis, creatoris tui in iuuentute tua. Nec
voluit Rex is ipse sapientissimus iunioribus de hac re tantum
confulere ac praecipere, sed & suo ipsis viuo praeluxit exemplo,
vt ipse bonus dux quam plurimos ingenuos iuuenes habe-
ret comites. Scilicet cum iuuentutis tempus ad studium sa-
pientiae longe admodum deprehendit, suos iuuen-
tutis annos in eodem haud sine fructu trivit, totum sese sapien-
tiae mancipio. Testantur id ipsum de eodem sacrarum,
litterarum pandectarie, quod ipse iuuenis a Deo liberam ipsi inter
varia bona optionem relinquente sapientiam solummodo
*expetierit. Perspicuis etiam verbis *S I R A C H suum in iuuen-**
tute suscepit sapientiae studium describit, libri sui c. L I .
comm. 13. inquiens: Ex iuuentute mea quaestui sapientiam: &
comm. 15: ex iuuentute mea inuestigavi sapientiam. Hic insu-
per adipicare liceat monitum Apostoli P A V L I Gal. c. VI,

comm. 10. dicentis: *Cum igitur (καιρὸν) opportunitatem habemus, operemur bonum.* Idem exigit diuinus Apostolus Eph. V.
 comm. 16: *έξαγος αὔμενοι τὸν καιρὸν*, quod p. IOANNES SCHILTERVS, vir de ecclesia & republica optime meritus
 in Prudentia Iuris Christianorum, Tractatu suo aureo de *Libertas Ecclesiarum Germaniae*

* c. IX. §. X. te Ecclesiarum Germaniae adnexa * ita πάρα Φεαζέι: adquirentes occasionem non gratis, sed titulo oneroſo.

Probatur §. V. Ne vero iuuenilem aetatem ad sapientiam & summae aetatis a faciliatatem sibi comparandam maxime tempestiuam esse, cetero, qua modo adferuisse videamur, rem paullo penitus ponderasse iuuenilis aetas gau- Deum, ceu ens summe bonum ac felicissimum, homines aequedet, omnium felices esse velit, simul etiam adprobet, immo urget, ut homo a facultatu a teneris statim vinguiculis ad optimum quoddam vitae genus animae emen- nimum suum adplicet, sapientiae studeat, ingeniumque suum datione.

excolat, quo aptus ita reddatur ad suam & aliorum summam felicitatem tandem aliquando ex voto promouendam. Ordine igitur adserendum nostrum ut euiculum eamus, potiores mentis humanae facultates percurremus, demonstrantes, quomo- do quaelibet earumdem a vitiis suis, quibus obruta est, auspi- catissimo conatu in pristinam adseri possit libertatem, si p- reter reliqua media hic necessario adhibenda in primis opportuni temporis (quo nomine primam hominis aetatem maxime dignam esse censemus) ratio habeatur. Exinde tot pro nostro adserito militabunt argumenta, quod iuuenili aetati praealia in studio sapientiae & summae felicitatis uberrimo cum fructu exantlando praerogatiwas vindicauerimus.

Scilicet intellectus in genero. §. VI. Inter facultates mentis a vitiis suis, quibus scarent, repurgandas, primo loco considerari meretur illa, quae cognoscens, seu intellectus vocari solet. Hic intellectus cum sit subiectum inhaesione eruditiois & sapientiae, nec non veritatis indagandae instrumentum, & vero hic innumeris sepultus iaceat defectibus ac imbecillitatibus, adeo ut facultates eius munus suum rite obire non valeant, luce meridiana clarius in-

de

de appetet, quod eiusdem a viis repurgatio omnino sit necessaria. De tempore, quo talis intellectus purgatio felicissime institui posset, commodissimo forsan aliquis disceptaret. Verum enim vero is nubes & inania prensare nobis videtur, qui vilam aliam aetatem ad litteras imbibendas & ad studium sapientiae iuuenili aptiorem adstruere vellet. Namque, ut tacemus testimonium ARISTOTELIS, qui praeter alios claros viros expressis verbis adfirmat, * primam aetatem disciplinis addi-
scendis omnium commodissimam esse, res ipsa loquitur, quod iuue-
nilis aetas vel ex vno hoc saltem capite prouectiori circa stu-
dium sapientiae preferri mereatur, quia tot ac tantis curis ac
negotii, quot & quantis laborat prouectior, non distrahitur;
Vnde omnes animi vires ac nerui coniunctim possunt in ad-
discendam sapientiam intendi, illam, inquam, potest humana-
mens hac aetate, velut vnicum suum centrum respicere. Col-
ligenda igitur omnino sunt hac aetate, qua, ut HORATIVS,
loqui amat, iuuentus ridet, semina, quae in nostrum & aliorum
commodum tandem aliquando denuo spargere liceat exopta-
ta messie haud caritura.

§. VII. Quamuis autem haud diffiteamur, quibusdam, *ως εν παρεβ-*
qui in prouecta demum aetate amplissimum sapientiae & lit-
terarum tentarunt oceanum, eruditio-
nem quandam obtigisse, *νι* de senio-
quorum aliqua prostant exempla, non ita pridem quoque col-
lecta a Gallico quodam Scriptore VIGNEV- MARVILLE, * *dia animum*
Illistamen subscribere non possumus, qui ex hac ratione pro
prouectiori, secundum aptitudinem ad studia iuuenili praefe-
renda maximum resultare argumentum, sibi & aliis persuadum plicantibus
irent. Nam praeter id, quod vna hirundo non faciat ver, seu, occurritur,
quod idem est, rarissime huiusmodi exempla deprehendere, * *dans les*
licet, herculei sane labores senioribus inter sapientiae studio-
fos nomina sua primum professis exantlandi sunt, cum inuitis *Histoire &*
Melanges d'
canibus ipsis venandum sit, & inuita, quod aiunt, miner-
va studiis operam nauare debeant. Quid quod insuper tur, Tom. I.
his ipsis nimis familiare sit *απειγοναλας*, seu ineptiae vi-
tium, p. 43.

tium, quo sese plus vice simplice aliis taxandos propinare solent.

a) in specie, §. VIII. Nec minus id, quod hoc usque in genere de invi-
telleſtu humano euicimus, de singulis eiusdem facultatibus,
tur, quod in iudicio, imaginatione & memoria intelligere licet. Iudicium cum
iuentute plurimis ex labore originali corruptum sit praeiudicii, quorum
quodque non tantum infinitorum aliorum scaturit, sed & vi-
mendetur in spississimis errorum tenebris degendae cauſa esse solet;
a) iudicium,

in aprico res est, quod necessarium pariter sit, in tempore iu-
sto aequo ac commodo a vitiis suis purgasse iudicium. Ecquid
autem tempus iuuenili aptius & commodius eidem negotio
infumi posset? Nam quo quis aetate prouectior, eo maiorem
ex creberrima praeiudiciorum repetitione in iisdem habitum
sibi contraxit, & ex eo, quod sibi suffenus videtur, id quod se-
mel tanquam verum exosculatus est, mordicuſ tenet, adeo ut
multo faciliori negotio Herculis manui clauam extorferis,
quam seniori praeiudiciis occupato vnicam opinionem ade-
meris, quam veram esse, etiſ falsa fit, sibi persuasit. Cum igitur
fere conclamatum sit de seniorum iudicio a praeiudiciis suis li-
berando, & vero iuuenilis aetas vel tot praeiudiciis nondum
immersa sit, vel longe facilius a suis in libertatem adseri possit,
nihil aliud supererit, quam ut praerogatiā iuuenili tribuamus,
eamdemque secundum opportunitatē circa praeiudicia era-
dicanda multis parasangis omnem prouectiorē antecellere
adseramus.

b) imaginatio- §. IX. *Imaginationi ut optimo aetatis flore manus me-
dica adhibeat, summa imperat necessitas.* Haec enim ver-
fans circa obiecta in mente denuo repraesentata meditanda in
deteriorem semper partem inclinare solet. Scilicet deleſatur
eadem pro sua corruptione imaginibus, si non spurcis ac im-
puris, vanis tamen ac inutilibus. Quodsi vero prauae huic in-
clinationi ex consuetudine maius quoddam robur accesserit,
in immedicablem morbum degenerare solet. Optime igitur is
sibi consulat, qui in iuentute & huic vitio obuiam iuerit,
omnia-

omniaq; illicita & prava obiecta procul facessere iussit. Contra vero, qui *imaginationi* iusto & opportuno tempore mederi neglexerit, nimis fero cum maximo damno aliquando cum Phrygibus sapiet. Huiusmodi homo, si inter somnum capiendum detestandis ac teterrimis vexetur & excrucietur somniis, adeo, vt spiritus animales ea vestigia, quae excitare antea multoties iussi sunt, sponte sua excitent, in semetipsum culpam miseriae suae devoluendam habet, & recogitare debet, quod suae fortunae ipse met faber sit. Quo magis autem aliquis vires suas in iuuentute praecipue periclitatus fuerit in debellandis & exstirpandis malis ideis menti obuenientibus & substituendis in locum earumdem bonis, eo felicius quoque elutabitur ex prauis imaginibus ipsum in recto virtutis & emendatae vitae tramite constitutum subinde adhuc infestantibus.

S. X. De memoria, seu facultate mentis impressa vestigia c) *memoria*. resuscitandi, vt unum vel alterum verbum adiiciamus, statuimus, quod sicut ferrum, dum candet, cuderendum; ita & *memoriae* in iuuentute, cum eadem maxime viget, demandandae sint res memoriae, prout sunt linguae, historiae & alia, quae sapientum iudicio praecipue *memoriam* occupant, quae pluribus recentet ANTONIVS ZARA Episcopus Petinensis. ** in *Anato-*
Hac ratione poterit reliquum vitae spatium, quo cum virili *mia ingenio-*
aetate indies augmenta capit *iudicium*, meditandis & rumi-*rum* *Scienc-*
nandis adcuratius iisdem, quae *memoria* proma conda in *iutiarij*, *Secl.*
ventute referuanda suscepit, vacare. Ita ergo rite in iuuen- IV, p. 457.
tute *memoriae* ea, quae foecundissimarum simul & utilissima-
rum meditationum ansam prouectiori aetati subministrare,
poterunt, traditurus praeter rerum selectum, vt ordinem ser-
vet, opus est. Etenim ordo est mater memoriae, adeo, vt,
si eodem, cum primis in iuuentute, qua vestigia altius haerent,
res notatu dignas in *memoriae* scrinio locaueris ac disposueris,
eadem quasuis suo loco ac tempore pro lubitu reposcere li-
ceat. Ex dictis igitur satis luculententer appetet, quod is iure de-
B men-

mentiae arguendus sit, qui, postquam florentissimum iuuentutis tempus ad colligendas quasvis res optimas aptissimum inaniter praeterlabi passus est, hoc temporis dispendium resarcendum in eamdem differre vellat aetatem, qua maxima & innumera *memoriae* deliquia deprehendenda toto die occurunt. Postemus hic in spatiofissimum *Physicorum* campum excurrentes inquire in causam, cur iuuenilis aetas prae preventiori longe feliciori gaudeat *memoria*, idque demonstrare ex natura & constitutione cerebri, si vellemus dissertationis, quos nobis praescripsimus, limites migrare.

Porro demonstratur, quod in iuventute facilius medietatem admetat a) voluntas.

S. XI. Restat tandem curatus penitanda altera & quidem princeps mentis facultas, quae *adperens* vel *voluntas* vocatur. Haec cum regis ad instar ceteris imperet mentis facultatibus, ita ut ab eius nato omnes dependeant hominis actiones, satis superque appareat, quod maximum in eadem iusto tempore emendanda situm sit momentum. Quod autem haec emendatione maxime indigere, sole meridiano clarius elucet ex vniuersali corruptione, quae *voluntatem* vacuum reliquis mentis facultatibus velut cataclysmus inundavit non tantum, sed & penitus occupauit. Nec minus id patet ex continua *voluntatis* ad prauum *inclinationem*, de qua,

OVIDIUS: *Nitimus in verium semper, expimusque negara.*

Iuxta hanc suam ad prauum *inclinationem voluntatis* circa eligendum bonum maxime fallitur, adeo ut bonum *apparente* tale loco *veri* adoptet. Tantum insuperabest, vt haec summa *voluntatis* depravatio villos homines, eti ethnicifuerint, latuerint, vt potius horum Philosophi pasim verbis expressis de eadem testati sint simul & conquesti, si modo praeter alia & hoc exceperis, quod caussam eiusdem, prout exiguo naturae lumine modo vtebantur, ignorauerint; siquidem CICERO immitem naturam accusat, ARISTOTELES malum connatum quid vocat, quod STOICORVM secta *materiae* adtribuit. Ceterum prauae huic *voluntatis* ad malum *inclinationi* si accesserit

rit

rit *confuetudo*, quae rectissime a nonnullis altera natura votata indies maius eidem addit robur, ita ut tandem vix ac ne vix quidem illa spes eamdem feliciter destruendi animum nostrum subire possit. Est igitur florentissimum ac irreparabile iuuentutis tempus in primis *voluntati* serio, non autem naturae viribus, sed vnice gratiae diuinae auxilio, emendanda a quoquis, qui in propria sua viscera saequare non vult, impendendum, quo eiusdem emendatae fructus in prouectiori aetate non tantum in singularum mentis facultatum vitiis extirpandis, sed & in quibusvis studiis, negotiis, officiisque reete & digne tractandis capere liceat uberrimos. Est, inquam, vigilandum maxime in iuuentute, ne commodissima circa emendandam *voluntatem* occasio sine ducta linea praeterfluat & deinde illa calvum suum praebens occupit sero nimis sui neglegitus poenitentiam nobis imponat, & quod maximum, ne congregendum demum sit nobis cum confuetudine inclinandi ad prauum ex isto neglegitu altissime in mente radicata validissimo quoquis hoste multo validiori, ideoque fere inuincibili. Vnde hic omnino inculcandum, quod dicunt:

Principiis obsta, sero medicina paratur.

§. XII. De *adfectibus* denique aliquid commemorandum foret, quomodo iisdem vel eneruandis ac excindendis, si praui fuerint, vel emendandis, in iuuentute praecipue operam nauare conueniat; Sed cum eadem hic repetenda essent, quae paullo antea de *inclinatione voluntatis* praua in medium prolata sunt, praeterea etiam alio in loco de iisdem plura dicenda redeant, praetermittimus.

§. XIII. Haec regi *euangelia*, seu de tempestiuitate, *Transitur ad circa actiones ad summam felicitatem adquirendam instituendas* *H. dam par-*
dissleruisse sufficiat. Pedem igitur proferimus ad perpendiculari, eiusque das actiones honestum respicientes, eadem methodo perspectu- *diffiso ad-*
ri, quomodo euangelia circa easdem quoque locum maxime, nobilitur.
inueniat. Ita tamen hic versabimur, ut ad triplex hominis officium meditationes nostras directuri simus, quo scilicet par-

tim Deo, partim sibi metiſi, partim etiam aliis obligatur.

Agitur de temp̄fini- §. XIV. Officium autem hominis, quo Deo obligatur, consistit in vero de Deo sensu recto que eiusdem cultu. Vtrumque i) circa que eo melius fere habebit, quo minus evanigias ratio fuerit, officia hominē neglecta. Et quidem ad primum quod attinet, ad verum scien-
tias erga Deo-licet & adaequatum de Deo sensum eo rectius capiendum, ima-
ginationi bene dirigendae, nec non inclinationibus & affectibus
dem a) cir-prauis vel plane eradicandis, vel emendandis tamen maxime
ea rectum de inuentutis annis inuigilasse, haud leue conferat momentum.
Deo sensum, Nam nisi imaginationi, qua anima in commercio corporis agit,
quem adiu-de externis corporalibus crassiorem ideam reseruare solitae,
uat, iniu- statim in aetate prima debiti ponantur limites, rebus diuinis
uentute ita ipsum intellectum, ut taceam imaginationem, multis parafangis
tim imagi- superantibus crassis ideis & imaginibus easdem representan-
nationem do fere immiscet. Quae de Deo sequiores & inadaequatae
ad bona di- ideae per educationem eo magis cumulantur, quo magis pa-
rexisse obie-rentes de Deo intelligenda sub inuolucris seu imaginibus te-
tra.

neris liberorum suorum mentibus infillant, quae ut plurimi-
mum tam alte haerere solent, ut rationis usum naucti meliora
agnoscentes vix ac ne vix quidem ex talibus prauis de Deo &
diuinis conceptibus in inuentute haustis, maximo etsi adhibi-
to studio, eluctari queant. Accedit insuper, quod haec sequi-
ores de Deo ideae maximum robur capiant ex imaginibus ca-
techismis a pueris memoriae tradendis ac post illis plerisque in
locis sine ullo iudicio adpiſtis. Exinde igitur ut cum infinitis
de Deo, eius essentia, attributis ac operationibus, erroribus
vel superflusio vel Atheismus tandem propululet, neceſſe est. Imo
omnem idolatriam ex corrupta imaginatione ortam esse, pro-

*de religione lice contendit PETRVS CHAVVINVS. * Quocum confer-
naturali P. ri merentur verba, quibus idem euincit Auctor libri sapientiae
I. cap. V. c. XIII. comm. 2. c. XIV. comm. 12. sqq.

Et affectus emendasse. §. XV. Nec minus prauae inclinationes & affectus animi
vero de Deo sensu maximum obicem iniiciunt in eo, quod
sibi inde perſuadeat homo, quemadmodum ipſe comparatus
fit,

fit, ita & Deum comparatum esse. Si quis v. c. avaritiae sit, mancipium, pro sua ad crudelitatem propensione, Deum quoque crudelis sibi fингит, qui delectaretur maxime, si ansam naestus fuerit puniendo homines delinquentes. Contra, qui voluptati litat, pro *adfectu* misericordiae sibi nimis familiari Deum credit longe misericordissimum, qui tantum abest, vt homines ob commissa crimina ad horrendam poenam luendam rapiat, vt potius haec ipsis facillime ac promptissime condonaturus sit, adeo, vt iustitiae vix vilus vel plane nullus habendus sit respectus. Forsan & ORIGENIS excessus in concipiencia Dei misericordia, quo & damnatos & daemones tandem aliquando ex poenis infernalibus liberatum iri credidit, ex comparatione Dei cum *temperamento* suo *sanguineo* (cuius indiuiduus comes esse solet affectus misericordiae) originem traxit. Sed hanc rem ad eam cathedram, diudicandam remittimus, cuius est, non solum in errores *digmatico-Theologicos*, sed & περιτονεων eorumdem φευδος inquirere. Nos hoc tantum addimus, prout rectissime iam dudum *a I E A N d' E S P A G N E** obseruatum est, quod omnium fere errorum ac haeresium origines inuenire liceat in *qualitate* animi, quibus imbutus est *propensionibus* & *adfectibus*. Nec praemium labori defuturum esse speramus, modo instituti nostri ratio id permetteret, si hanc obseruationem, quae peculiari diatriba pertractari meretur, in Historia ecclesiastica ad singulos Haeresiarchas adplicandi periculum faceremus. Ceterum etiam ad voluntatem propendentes otii sunt amantissimi. Vnde fluit, quod omnem altiorem rei seriae & in primis veri de Deo *sen-sus* indaginem, quantum posunt, a fe amoliantur, & quamcumque deum opinionem sibi obuenientem primo statim intuitu amplectantur, vt modo suam, quam sibi imaginati sunt, quietem haud interruptam posideant. Hanc circares diuinias incuriam & socordiam rectissime ex *AET. c. XVIII.*, *Gallionis-mi* nomine insignieris, de quo videantur Theologi & cum primis *D. IO. CONRAD VS DANNHAVERVS* in peculiari

* *I. I. de erro-
ribus popu-
laribus c. III.
& IV.*

quadam de hoc ipso dissertatione. Exempla hanc rem illustrantia IOANNES CLERICVS (vir cetera clarissimus, si modo vellet debitos rationi suae in supernaturalibus rebus expi-
 * de l' incre- scandis ponere limites) nobis subministrat, * cum in caussam
 dulit, Part. inquirit, cur tam pauci euangelio credant. Potissimum vero,
 I.c. V.p.87. vt mentem suam vberius declareret, in medium prodire iubet
 par eruditorum Iudeorum, alterum Iudaicarum antiquitatum
 conditorem, Iosephum, alterum Philonem, qui ambo cum
 circa Christiani nominis primordia viventes vix ac ne vix qui-
 dem in scriptis suis Christi mentionem faciant, satis superque
 produnt, quod maximo circa res sacras meditandas corpore,
 laborauerint, & proinde solida Christi notitia caruerint.

¶) circa cul- §. XVI. Ad cultum Dei, qui vel *internus* vel *externus* est,
 tū Dei, & qui- quod attinet tempestuitas circa eundem omnino adhiben-
 dem a) circa da est. *Internus* equidem cultus ex eo, quod debeat in perpe-
 internum. tuo suo vigore esse, tempestuitatem non adeo agnoscit; at-
 tamen hanc exigit etenim, quatenus mens ex multarum re-
 rum tractatione vel conuersatione cum aliis distracta & paulo
 languidior facta intensiori, quadam directione, quod fit in pre-
 cibus, cum Deo denuo vnienda est, ne cultus *internus*, hac re-
 suscitate penitus neglecta, tandem expiret. Quo ipso ille
 eamdem cum igne fortitur indolem, qui excitatus nisi per v-
 nam vel alteram ligni particulam subinde adiectam alatur &
 continuo refocilletur, plane extinguitur. Quae quidem res
 adeo propriis suis coruscat radiis vt & nec ipsos ethnicos sa-
 pientiores fugerit, quod certum tempus feligendum sit ad
 conuersandum intimus cum Deo & ad reuniendam men-
 tem cum eodem, si aberrauerit. Saltem magna cura atque
 sollicitudine animum ad res diuinias disposuerunt, quemadmo-

* de die na- dum de Pythagora auctor est CENSORINVS*, eum, vt ani-
 tali c. XII. mum sua semper diuinitate imbueret, priusquam se somno daret,
 * lib. LX. Infi- & cum esset expurgatus, cirbara cantare consueisse. Id quod &
 tution. Orat. de Pythagoraeis refert QUINTILIANVS*, aliique, quos al-
 c. IV. legat HENRICVS LINDENBROGIVS.* Ceterum ad inter-
 * in notis ad num

num cultum Dei cum *spei*, ceu praecipuus amoris erga Deum *Censorinum* aetius, referenda sit, paucula hic, antequam ad cultum Dei *de die nata-externum* transeamus, de eadem cum respectu ad *evangelium* li p. 80. commemorasse, haud insulfum fore existimamus. Scilicet *spei*, si genuina ac vera est, indoles est, nefas ducere, Deo, a quo bona futura expetuntur, circa praefundum auxilium ac largienda bona certum modum aut tempus determinare ac praescrivere; vt pote quae potius ex consideratione, quod Deus stricto iure nihil omnino homini debeat, *evangelium* seu opportunum tempus & dispensationem circa illud ipsius Dei T. O. M. benevolae prouidentiae relinquit, vt eo tempore, quo ipsi visum fuerit, ac placuerit, nos voti ac eorum, quae desiderabamus, reddat compotes. Quod ipsum tempus homo vera *spe* praeditus, et si maximum inter illud & preces suas intervallum intercessisse ipsi videatur, vt maxime opportunum & longe commodissimum non potest non exosculari. Huiusmodi quid in ipsa Seruatoris nostri matre conspici potest *Iohannis* cap. 11.

S. XVII. *Externus* autem cultus, quia circa externa versatur, quo non tantum Deus, sed & proximus respiciendus est, *b) circa ext-ternum,* iustum tempus ut circa ipsum obseruetur, magis exigit. Potissimum enim consistit tum in precibus externis oralibus, quas varii gestus in sensus incurrentes concomitari solent; tum in obseruatione & celebratione certi diei, quo cultus hic instituitur in congregacione hominum, eo fine, ut Dei beneficia, sicut priuatim a singulis, ita publice coniunctim ab omnibus expendantur. Hic igitur maxime aliquis laetus erit alium, si temporis ratione non haberet: Si v. c. eo tempore, quo laborandum ipsi & aliis, externas preces orales vellet fundere: si recusaret, eumdem cum aliis celebrare diem sabbathi, ita ut alium quendam pro lubitu suo sibi celebrandum feligret. Liceat hic paululum exspatiari ac inquirere partim, an aliquod tempus alio circa preces ad Deum fundendas sit aptius atque commodius; partim an celebratio diei sabbathi sit *iuris*

naturalis. Ad primum reponimus, quod extra controuersiam tempus, quo mens nostra a curis magis libera, praferendum sit tempori, quo eadem variis negotiis huc & illuc in transuorsum acta ac perturbata est. Namque cum verae preces maximam partem consistant in intensissima totius mentis omniumque cordis adsestū imo sensum ad Deum directione, & vero in perturbato mentis statu facultates eiusdem ac sensus in innumera fere obiecta secesserunt, mirum non est, si mens vix ac ne vix quidem facultates suas ad Deum & caelestia relevare queat. Hinc elucet, quod optime aliquis sibi consulat, si circa preces temporis selectum instituturus, iisdem in primis impendat horas matutinas, utpote quibus animus, qui per somnum pristinas recuperauit vires, diurnis occupationibus nondum inmixtus multo alacrior ac robustior est ad omnes suos neruos ad Deū in precibus intendendos. Id quod & LUTHERVS suo comprobat exemplo, de quo constat, quod maxime matutinas, ceu lectissimas diei horas insufficit precibus; tantum abest, ut dispendium temporis sibi inde metuendum fore existimauerit, ut potius longe prudenter horas suas se ita elocasse sibi yisus fuerit. Quae vero diximus de matutinis horis, non ita intellecta volumus, ac si preces vespertinae omni suo carerent fructu, quin potius adferamus, orationi matutinae multum inferuire, si homo, antequam lectum petens somno se tradat aliquamdiu orauerit. Quemadmodum enim is, qui circa vesperam carbones cineribus tegit, ignem mane in promptu habet; Ita & mane faciliter adlectum orandi inueniet, qui vespere ardenti orationi ac piae meditationi indormierit. Aperitur hic nobis ob materiae adfinitatem campus dispiciendi, quid sentiendum sit de horis canonicas. Horae canonicae, ut rem ab uno deducamus, quarum tam frequens apud antiquos ecclesiae Patres mentione fit, dicebantur publicae ac statuae preces certis horis iuxta canones ecclesiasticos (a quibus canonicae vocantur) peragi solitae. Harum autem nomine secundum CYPRIANVM tres porti-

tissimum antiquissimis Patribus venire solebant, *tertia* scilicet, *sexta* & *nona*, quae respondent nostrae *nonne* antemeridianae *duodecimae* meridianae & *tertiae* pomeridianae. Ex singulare autem pietatis affectu adoptarunt sancti Patres in horis hinc numerum ternarium. Volebant namque eo ipso hanc obscure fidei suae de SS. Trinitatis mysterio professionem edere; quippe qui insuper huius ternarii numeri in precibz obseruati vestigia deprehendebant in S. Daniele Prophetam. Saeculis autem proxime subsequentibus pia antiquitas passionis Seruatoris sui quotidiam seruatura memoriam ternarium horarum canonicarum numerum cum septenario S. Scripturae sacro commutare coepit, idque ad ducentum septem rerum in passione Christi notatu dignissimarum. Quas septem horas canonicas cum adhuc hodie Romanenses Patrum ad exemplum celebrare videri volunt, cuiusque horae sensum sequentibus adumbrarunt versiculis:

Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,

Prima replet sputis, dat caussam *tertia* mortis,

Sexta cruci negotiit, latus eius *nona* bipertit,

Vespera deponit, tumulo *completa* reponit.

Intentio sane harum horarum conditorum pia fuit & omnino laudabilis. Quanto autem purior ac ardentior eorumdem fuit animus, tanto detestabilior est hodie apud Pontificios horarum abusus. Proinde hoc optime quadrat Philosophorum axioma: *Quanto nobilior est forma rei, eo maior est eiusdem corruptio.* De toto autem hac re conferri omnino meretur praeter B. IOACHIMVM HILDEBRANDVM in peculiari suo de *precibus veterum Christianorum libello*, quicq. II. materiam de *temporaliitate circa preces & de horis canonicas* ex professo tractauit, plus ille ICtus B. IOANNES BRVNNEMANNVS in *Iure suo Ecclesiastico*,* haud praetermissis illis, quae illustris S. TRYKIVS noster in *Additionibus ad h. l.* adnotauit. Alterum quod concernit *Entra*, regerimus, quod ius naturae, et si agnoscit ac concedit, aliquem diem vacare debere cultui diuino, *septimum* tamen

C

* Lib. I, c. VI.
Membr. VI.
§. IX.
prae-

*praeceſe diem eidem consecrandum eſſe, ignoret. Nec iuuat, contrarium adferentes adduxisse exempla tot gentilium, apud quos *septimus* dies Numinis cultui facer fuit. Nondum enim eo ipſo probatum dederunt, quod ipſa natura gentiles edocuerit celebrationem septimi diei. Quidni etiam hoc, vt alia ab Ebraeis, imo primis parentibus nostris per traditionem accepérint. Accedit, quod praecepi Ethnicorum Philosophi cum viris sanctis & Prophetis multum sint versati, vt raceamus, quod iter Israelitarum per desertum & occupatio terrae Canaan abunde Ethnicis subministraverit occasionem quamplurima de voluntate Dei reuelata addiscendi. Conſeratur PETRVS DANIEL HVETIVS, * & HVGO GROTIſtrat. Euang. v. s. ** Iur autem poſtitum univerſale diuinum exigit celebratio Prop. IV. c. nem diei non tantum alicuius in individuo vno, fed & determinata XI. p. 227. nate septimum in cultu diuino peragendum nobis iniungit. An ** de veritate vero celebratio diei *praeceſe* septimi sit legis moralis, an *caerimoniatis*, de quo *Coccianos* inter & *Anti-Coccianos* haud fine magis intereft. Nos hoc vnicum ſaltem adiucimus, aequissimum omnino eſſe, vt homo in externis caeremonialibus, cuiusmodi & celebratio praeceſe huius vel illius diei, conſtitutionibus & placitis societatis, in qua viuere cupit, ad amusim ſeſe gerat, conformem. Quibus volupe eſt plura noſle, adeant Excellen- tissimi BVDDEI diſſertationem de pietate naturali. **

* demon-ſtrat. Euang. v. s. ** Iur autem poſtitum univerſale diuinum exigit celebratio Prop. IV. c. nem diei non tantum alicuius in individuo vno, fed & determinata XI. p. 227. nate septimum in cultu diuino peragendum nobis iniungit. An ** de veritate vero celebratio diei *praeceſe* septimi sit legis moralis, an *caerimoniatis*, de quo *Coccianos* inter & *Anti-Coccianos* haud fine magis intereft. Nos hoc vnicum ſaltem adiucimus, aequissimum omnino eſſe, vt homo in externis caeremonialibus, cuiusmodi & celebratio praeceſe huius vel illius diei, conſtitutionibus & placitis societatis, in qua viuere cupit, ad amusim ſeſe gerat, conformem. Quibus volupe eſt plura noſle, adeant Excellen- tissimi BVDDEI diſſertationem de pietate naturali. *

* §. XLII. §. XVIII. Ordo, quem nobis praescripſimus, poſtulat, ut pergamus ad officia hominis erga ſemetipſum. Haec poſtuli- XLVII. mum conſiſtunt in ordinata ac legitima ſui conſeruatione, 2) Circa officia hominis quae tantum abeft, ut ſit vera & ordinata, ſi *temperantia* eam- erga ſemetipſum. dem non comitetur, ut potius ſui deſtruclio ſit adpellitanda. *Temperantia* autem non tantum iustum modum, ſed & tempus circa media ad conſeruationem ſui adhibenda praefcribit. Ex quo euidentiſime elucet, in officiis hominis erga ſemetipſum ſuauagia conſiderationem haud omittendam eſſe. Proinde nos, cum ea, quae ad animae conſeruationem conducent, ſu- pra

pra perspeximus, hac vice *euaciglav*, quomodo in conseruati-
one corporis haud postremo loco veniat, pensitabimus. Con-
stat autem, corporis humani machinam ita a Deo conditam
esse, vt, si rem ordinario modo species, cibo ac potu quotidiano
indigeat, qui rite ingestus, concoctus ac digestus, secundum nobilissimam partem venas nouo sanguine, spirituum
animalium caussa, adimpleat, vt horum beneficio quodlibet
membrum ad munus suum obeundum vita pariter ac agilitate
instruatur. Quamuis autem adeo necessarium sit, cibum ac
potum capere, vt corpus sine iisdem consistere nequeat; ni-
hilominus tamen hominis arbitrio relictum est, quoniam tem-
pore cibo ac potu vti velit. Commemorasse hic iuuat, quod
de DIOGENE Sinopensi Cynico traditur, quippe qui inter-
roganti, quanam hora prandere oporteret, respondit: *Si diues
est, quando vult; pauper, cum potest.* Videatur DIOGENES LA-
ERTIVS. * Ceterum probe notandum, quod homo non
eum in finem huius orbis habitabilis incola factus sit, vt ederet
tantum & biberet, quo ipso nihil praefaret bestiis; sed vt poti-
oris partis, scilicet animae, curam gereret, ac totus esset in eo,
vt Deo & proximo pro viribus seruire posset. Exinde cum
varia homini exantlanda veniant negotia, quae animum so-
brium ac attentum requirunt, optimè sibi aliquis consultit, si
praeter debitam mensuram iustum tempus obseruet, quo ci-
bum capiat, & adpetirii ante tempus statutum cibum poscenti
frena iniiciat. Quodsi vero eueniat, vt in corpore humano
minus ordinatus fluxus sanguinis oriatur, qui caussa esse solet,
vt corpus variis adficciatur morbis, in tempore vt ille statim in
pristinum redigatur ordinem, necesse est. Quisquis enim
morbō corruptus vel ex eo, quod impensis parcat, vel ex alia,
nescio qua ratione, medicum consulere, iplique morbum fu-
um detegere recusauerit, maximo suo experietur detimento,
quod minus rete sibi intempestiuo suo consuluerit silentio.
Deinde, cum ad corporis sanitatem haud parum conferat mo-
tio, secundum illud OVIDII:

* *in vita Di-
ogenis, seu l.*
VI. p. 335.

*Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,
Ut capiant vitium, ni mouentur aquae.*

conducit omnino homini, si breve aliquod iter aut secessum sepositis grauioribus negotiis recreationis caufa instituat. At enim vero caueat sibi quis, ne exspatietur in sanitatem corporis eo tempore, quod alio aptius fuisset ad culturam ingenii pariter & animae, quo ipso minus bonum p[ro]aeferret maiori. Praeterea cum Deo reddenda sit temporis ratio, modus omnino seruandus est in talibus secessibus, ne nimii instituantur, aut si instituantur, mentem nostram medio in otio circa res bo[n]as meditandas operosissimam esse decet. Præcipue autem hic monendi sunt, quotquot inter iu[en]iles litantes nomina profitentur, ut officiū sui erga semetip[s]os memores esse velint, & vtrumque extremum, partim nimium otium & irreparabilis temporis in curiosis & vanis consumtionem, partim immoderatum in studiis ardorem scyllae & charybdis ad instar præternauigare manibus pedibusque adlaborent. Qui enim sibi persuadent, solidam eruditione[m], quae consistit in vera cognitione eorum, quae ad impetrandum summa felicitatem viam pandunt, comparari posse sine ullis laboribus aut mentis occupationibus, illi quidem p[er]fime falluntur. In fine autem clarissimus patebit, quam vana imo noxia fuerit eorumdem persuasio, cum otium ipsorum, quo fundamentum felicis vitae non possum fuit, certo certius tandem praeter maximam calamitatum colluuiem summa excipiet inopia, quae ipsos tanto maioribus adficiet doloribus, quanto maiorem antea ex otio suo delectationem hauserunt atque voluptatem. Hi trium semper verborum meminisse debuissent: *Praeteruolat, (sc. tempus) arripe, serua.* Videatur THEOPHILVS SPIZELIVS,* qui praeter alia verba Senecæ notatu digna adducit, quae, tractationi eius de breuitate vitae inserta ita sonant: *Mirum, re omnium pretiosissima luditur, vix est, qui tempus aestimet.* Nec meliorem fortem sperare possunt, qui in alterum extremum ruentes immoderato in studiis laborant ardore, qui quidquid tem-

* de virtutis

Litterato-

rum, Com-

ment. IX. p.

1034.

re omnium pretiosissima luditur, vix est, qui tempus aestimet. Nec meliorem fortem sperare possunt, qui in alterum extremum ruentes immoderato in studiis laborant ardore, qui quidquid

tem-

temporis ipsis a Deo conceditur, studiis insumunt, ita ut sese
libris quasi adfixos esse putent, quibus haud licitum sit aliquid
temporis deambulando corporis sanitati tribuere; qui, in-
quam, vix tantillum temporis, quantillum ad cibos capiendos
sufficit, studiis suis derogant. Hi sane minus ordinato suo ad-
peritu se priuant aptitudine thesauros illos sapientiae, quos
haud cessante suo labore corrasisse sibi videntur, rite elocandi.
Irritant namque nimio suo labore, cui ferendo longe impares
sunt, in imbecille corpus suum non tantum unius sed vario-
rum morborum insultum atque impetum. Cuinam proinde
sua scientia ac eruditione proderunt tales valetudinarii, cum
in propulsanda morborum violentia ipsis iugiter per omnes
vitae dies desidandum sit, donec tandem morbus omnem
medicaminum efficaciam eludat, ac ita vitae filum medio in
stadio, vel etiam citius, abrumptatur. Accedit, quod tales in
studiis helluones eo, quod continua lucubrationibus inhian-
tes plerasque noctes insomnes ducant, in propria sua saeuiant
viscera, qui tamen meminisse debuissent, testacea se, adeoque
fragili, praeditos esse natura. *Cam diutius* (inquit modo cita-
tus THEOPHILVS SPIZELIVS*) feliciusque illi studeant, * de vitiis
qui valent diutius, illi autem rectius valeant, qui studiis sapientius
moderantur, caendum etiam est, ne, scur anari dulcedine rsura-
rum perirent, ita litteratis nimia studiorum voluptate (sequidem
continuis vigiliis horisque longioribus corpus exedatur) animus &
vires exauriantur, ingeniumque hebetetur, vel acutissimum. Item*: * l. c. p. 1038.
Nemo ad sobrietatem eos sapere iudicabit, qui intempestive, qui diu-
tius, quam par est, qui sollicitius in studia incumbunt non profatu-
ra, vixque credibile est, quantum hac ipsa belluazione fibimes ipsis
adferant detrimentum. Si enim pro viribus suis alatur infans
(praeclare ait Augustinus l. XII. de ciuit. Dei c. XV.) fiet, ut cre-
scendo plus capiat; si autem vires suae capacitatis excedat, deficer,
antequam crescat. Tandem & illi maximum oculis suis ac sa-
nitati inferre solent damnum, qui intempestive statim post
prandium aut coenam meditationes instituunt, cum tamen,

insuper notum sit, rarius hoc tempore sapientiae ac solidi iudicij sale confiperam sententiam proferri. His omnibus probe ponderatis haud abs tramite veri aberrasse nobis videmur, si dixerimus, tales illegitimo erga studia flagrantes amore, ex eo, quod ut plurimum nimis maturam fibi conciscant mortem, vix ac ne vix quidem ab *avroχεισίας* reatu absolvi posse. Quod tamen de illis, qui iustis causis adducti corporis vires debilitant, non intellectum volumus. Videatur *Pvffendorffius de Iure Naturae & gentium**. Contra autem medio tutissimus iueris, si selectissimas diei horas precibus ac studiis dederis, de ceteris autem aliquas, maxime prandium vel coenam sequentes corporis motioni traheris. Ast inter selectas diei horas quod matutinae primas teneant, vel ex eo solo patescit, quod mens hominis iisdem post recuperatas per somnum corporis vires multo agilior sit ad penitus inspicienda intima cuiuslibet rei penetralia. Id quod & veteres in trita illa innuere voluerunt sententia: *Aurora musis amica.* Vide de hac quaestione, *an matutina studia vespertinias salubriora*, eruditissimem *GABRIELEM NAVDAEVUM*, in *Pentado quæstionum Iatro-Philologicarum.* Ceterum quibus curae est conseruanda inter studia sanitas, legant, quae praeter *CORNELIVM BONTEKOE*, in *Academia Cartesiana*, & D. *GEORG. WOLFGANGVM WEDELIVM*, in dissertatione de *diacta Studiosorum*, praecipit Excellentissimus D. *HOFFMANNVS*, Patronus ac Praeceptor noster summopere colendus, in Tractatu suo de *vita studiosorum prolonganda*.

3) circa officia hominis erga alium. XIX. Accedimus nunc ad officia hominis erga alium. Haec cum ut plurimum dispisci soleant in ea, quae obligationem imperfectam inferunt, posteriora ad nostrum institutum magis referenda nobis videntur. Promoturus namque aliorum commoda eo feliores omnino faciet progressus, quo magis tempestiuatem respexerit, ac statim in ipsa iuuentute utilem aliquam addiscen-

* *LII. c. II. §.
XVII.*

* *quaest. III. p. 51. sqq.*

addiscendo artem a se amolitus fuerit, ne pondus terrae existeret inutile. Quo ipso se idoneum reddet, vt possit in singulos homines aliquod deriuare et molumentum, adeoque hominibus, vel ratione *mentis*, eosdem erudiendo, vel ratione *corporis*, quae ad sustentationem vitae spectant, subministrando, fuppetias ferre. Praecipuum autem locum tempestivitatis consideratio sibi vindicat in erogandis iis, quae vel sunt *innoxiae vilitatis*, vel etiam gratis in alterum, vt eius subueniatur necessitatibus, conferuntur, quae alio nomine *beneficia* vocare solemus. Maximum hic animo tale quid alteri praestituro accedit ornementum, si cito det, nec diurnum de erogando ineat consilium. Nam bis dat, qui cito dat, vt taceam, quod, quo citius dederit, eo maiorem in altero, qui accepit, gratum animum suum declarandi conatum sit excitat ursus. Saepe enim, inquit **SENECA**,^{** Epist.} hoc non potuerunt diuinae in dominum infusae, quod opportune dati **LXXXI.** mille denarii. Cautio quoque erit circa dandum adhibenda, vt tum maxime, eoque tempore demus, quo necesse fuerit. Eleganter idem **SENECA**: *Beneficium collogetur, quemadmo-^{* devita} dum thesaurus alte obruius, quem non eruas, nisi fuerit necesse. Num **beata**, cap. vero ad qualitatem personae circa exhibendum beneficium **XXIV.** semper respiciendum sit, nostri instituti iam non est, ubi-
us disquirere. Conferri tamen hac de re merentur, quae
maximo studio **LVDOVICVS MONTALTIUS**, aut qui (**se-**
cundum PETRVM BAELIVM*) sub ficto illo nomine latet,^{* in dictio-}
BLASIVS PASCAL ex vulgo sic dictis *Moralis* congessit in *naire d'Hi-*
Litteris suis prouincialibus.^{** Nos id tantum addimus, quod stoire & de}
propius ad nostrum collineat thema, eo vsque erga alium *Critique,*
animum beneficum seruandum esse, quo usque nostrae opis *subvoce*
indigus fuerit. Ab altera parte, qui acceptorum beneficio-^{Pascal,}
rum parum memor, adeoque incurius fuerit circa gratum ^{** Epist. XII.}
animum erga benefactorem iusto tempore ac data occasione **p. 347, sqq.**
declarandum, ille quidem meretur, vt in turpissimorum ho-
minum censum referatur, utpote quem **PLAVTI** feriunt
verba

verba: *Turpis est homo, qui scit beneficia sumere, sed reddere nescit.*
Quemadmodum vero nullo non tempore gratum animum declarare licet, ita nullum est dubium, quin tum quam maxime a nobis hoc requiratur, & vere εὐαγέως fiat, quando ille, qui beneficia in nos contulit, nostris officiis maxime indigeret.

*Sequitur III.
 i a pars de
 tempestiu-
 tate respici-
 enda circa
 decorum.*

*§. XX. Pergimus ad tertiam dissertationis nostrarae partem, qua promissi nostri memores de actionibus hominum ad decorum instituendis, quatenus in iisdem τῷ εὐαγεῖῳ est respiciendum, nonnulla commemorabimus. Est autem decorum conformatio actuum exterorum, sermonis, gestus, incessus ac vestitus cum sensu ac iudicio aliorum, ne contra honestatem aliquid committamus. Proinde sermonem tuum, ni velis alteri, quocum versaris, molestiam aut nauseam creare, ita instituas, ut dicendum suo quoduis tempore ac loco concinne proferatur. Hac namque ratione singulorum te audientium tibi conciliabis animos, eorumdemque captabis gratiam ac benevolentiam, vt & alia vice sermones caedenti tibi aures suas praebituri sint patulas. Id quod cum Regum sapientissimus SALOMO perpendret, non potest, quin in sequentia erumpat verba: *Verbum commode in**

* Proverb. tempore suo dictum est velut poma auræ in patinis argenteis. * Cui suffragatur SIRACH: * (*Ἄναιρος*) *Intempestiva enarratio est musica in luctu:* item Apostolus PAVLVS in epistola sua ad Colossenses: ** *In sapientia ambulate erga extraneos (τὸν ξείγον) opportunitatem redimentes. Sermo vester semper cum gratia sit sale conditus, ut scias, quomodo oporteat vos unicusque respondere.*
 comm. u. * c. XXII, comm. 6. ** cap. IV, comm. 5. Huc etiam aurea Mediolanensis illius Praefulsi collineant verba, qui * de decoro agens inquit: *Sapiens, ut loquatur, multa prius considerat: quid dicat, aut cui dicat, quo in loco & quo tempore.* * Lib. I. de p. 19. ex edit. Mich. Foersterii. *Est ergo & tacendi & loquendi modus. Impingunt proinde contra decorum, qui vel irreparabile tempus confabulationibus omni fructu parentibus terunt, vel intima cordis penetralia & sub rosa ipsis concredita intempestive effutunt.*

Im-

Impingunt contra *decorum*, qui eo tempore, quo ius fasque
 exigit, ut loquantur, tacent, ac ita intempestui sunt siga-
 liones, vel quod sibi de propalantibus arcans metuant, vel
 quod πονηροί sint, adeoque maximam exinde volu-
 ptatem capiant, si possunt suo abundare sensu suisque indul-
 gere cogitationibus. Impingunt, inquam, contra *decorum*,
 qui temperare sibi non possunt, quin vel leuissima data oc-
 casione intempestive iracundum suum prodant animum,
 ferrumque minentur & ignem. Certe hi omnes se se iis,
 quorum praecordia sanior mens occupat, detestandos
 reddunt, adeo, ut quisque prudentiorum commercium il-
 lorum cane peius & angue fugiat. Primo modo, scil. sub-
 furando alteri auro contra carum tempus contra *decorum* im-
 pingentibus ALDVS MANVTIVS, doctissimus suae aetatis
 Criticus, occurrere conatus est sequentibus musei sui ostio in-
 scriptis verbis: *Quisquis es, rogar te Aldus etiam atque etiam, ut si*
quid est, quod a se velis, per paucis agas, deinde altum abeas; nisi
tanquam Hercules defessus Atlanti veneris suppositurus bumeros; sem-
*per enim erit, quod tu agas & Aldus.** Nec minus in propositulo
 est, maxime imprudentiae aeque ac laesi *decori* notam illum
 incurtere, qui intempestive nimis alium corrigendum adit
 eo tempore, quo *decori* leges id vetantes obstant. Hic insuper
 suo, quem intenderat, sine carebit & loco emendationis alte-
 rum exacerbatum magis deprauabit. Merentur hanc in rem
 adduci verba SIRACIDIS, qui * ait: *Est redargutio, quae non * cap. XX.*
est (οἰγάσος) tempestina (quae non fit iusta sua hora) & est racens, **
atque ille prudens. Vberius autem rem ipsam STEPHANVS
 GVAZZVS in *Dissertationibus Politicis de ciuili conuersatione* ** cap. XX.
 plicat: *Intempestuum foret, & maiori errori caussam effet daturus,* III, p. 158.
qui alium in ipso caloris impetu & praesertim aliis vellet corrigerre.
 Proximum suum, instituere ac ad saniores mentis statum
 ipsum reducere, res equidem est, quae cum obligatione ho-
 minis erga alium naturali conueniens maximas meretur lau-
 des; At vero & hic valere debet, quod Iuris peritorum in ore

* Videatur
 Spizelius de
 vitiis Litter-
 at. Comm.
 IX. p. 1034.

versari solet: *Vna circumstantia saepe totam variat rem.* Absit autem, ut haec in medium proliata ita intellecta velimus, ac si plane omnis increpatio in praesentia aliorum sit illicita, vt potius illam non tantum licitam, sed & maxime necessariam vrgemus, si scilicet salus tum illius, qui in crepatione dignus, tum aliorum, qui ex commisso eius crimine offendiculum cuperunt, id postuleret. Tum omnino increpatio debet fieri, siue *enarratio*, siue *admonitio* alii videatur, vt ipse diuus PAV-

2. Ep. ad Tim. L vs monet. * Denique cum *decorum* gestus, *incepsum* ac ve-

c. IV. comm. stitum ad aliorum iudicium conformatos vult, συλλαγθόν de,

2. coll. 1. ep. his ipsis notari meretur, quod debeant vniuersiusque *aetatis*

ad Tim. c. & statu ad curasim esse conuenientes. Id quod & CICE-

V. comm. 20. R O * innuit, cum ait: *Sua cuique parti aetatis tempestiuas est da-*

** de senectute. Ita ergo pro ratione aetatis senem decet, tales adhuc-*

te cap. X. • *bere* gestus, *incepsum* atque *vestitum*, qui ad gravitatem ac-

*cedunt, quo facilius virtutum suarum imitationem a junioribus impetrare possit. Iuniorem vero ornant illi gestus, *incepsus**

ac vestitus, qui ad modestiam, ciuitatemq; sunt compositi: Sic

etiam alia laeto, alia tristi conueniunt tempori. Alia antiquo,

alia nostro decent tempore, vt optime adeo CONFUCIVS (ci-

tante D. IO. BVRCHARDO MENCKENIO, Magni Parentis felici-

licitissimo aemulatore filio, in dissertatione sua, quam antehac

Lipsiae de eo, quod decorum, habuit, §. XX.) dixerit: Ex subtili-

ori cannabe confectus pileus olim erat officiosi ritus ususque proprius:

nunc vero aetate nostra sericus est in usu, isque minus sumptuosus &

minus operosus. Ego, licet hic a priscorum usu discedatur, quoniam

tamen hand peccatur, sequar multitudinem, & in hac re seruo tem-

pori. Quo citato loco simul pertinenter omnino adfertur,

quod Abbas de S. Real cauffas, quare opinio hominum circa

mores & habitus externos alio tempore alia probet, alia auer-

setur, prolixius inquirens, tandem haud abs re pronunciauer-

it, id ex singularitatis studio nafci, sapientioresque adeo illa-

rum consuetudinum tyrannidi obsecundare debere. Cetera

de tempestiuitate & reliquis circa decorum attendendis cir-

cum-

cumstantiis monenda vno quasi diuus PAVELVS completi. Ep. ad
tur fasciculo, dicens: * πάντα ἐνσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν Cor. c. XIV.
γνέω.

§. XXI. Absolutis itaque tribus dissertationis nostrae partibus quartam simul & ultimam ut adgrediamur & in eadem aliquid de opportuni temporis circa actiones ad utilitatem suique & ultima conservationem comparatas obseruatione adiiciamus, restat. Hanc autem in rebus politicis feliciter peragendis primas tententur, maximeque necessariam esse, Politici vno quasi ore con-

fitentur, dum in scholis suis plus vice simplice inculcare solent: suique con-

Occasioni est inferiendum. Vnde, ut opinamur, occasionis pro-

fluxit simulacrum, quo eamdem fronte capillatam, postica,

parte caluam depingere quidam conati sunt: significantes, tempore in-

cum adeat praefeo, prchendi illam debere, cum elapsa, ter-

quam eam vertere, nec rependi posse. Quod ipsum CATO quidem a)

in difficultibus suis ita exprimit:

*Rem tibi quam nosces aptam, dimittere noli,
Fronte capillata est, postica occasio calua.*

Delibemus igitur paucis, quantum τὸ ἔνεργον, in sui status conseruatione rite obseruatum adferat emolumentum. In oeconomicis sane ceteris paribus illud utramque facit paginam. Hic namque certissima fames ac rerum omnium penuria illum manet patremfamilias, qui nescit iusto ac opportuno tempore suos conservere agros ac reliquas circa rem ruralem, pectoriam, venatoriam, hortensem & pecuariam instituere actiones. Contra autem videmus, eo maiora indies rem familiarem capere incrementa, quo adcuratio rem paterfamilias peragendis quibusuis suo tempore operam nauauerit. Quod ipsis cum ponderaret HESIODVS, statum apud Graecos oeconomicum litteris consignaturus libello suo praefixit titulum: Εργα τῆς οἰκου. Cuius vestigia & VIRGILIVS presertim, qui rem Romanorum oeconomicam delineaturus passim de-

opportuno tempore minime negligendo libris suis *Georgico-*
**Lib. I. Geor-* rum inspersit monita. Ita enim * canit:

gic. v. 42.

Sqq.

*Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
 Liquitur, & Zephyro puris se gleba resolut;*
*Depresso incipiat iam tum mibi taurus arato
 Ingemere, & fulco atritus splendescere vomex.*

** Lib. III. Item **:

Georgic. v.

*--- Zephyris cum laetæ vocantibus aëstas,
 In saltu utrumque gregem atque in pascua mittes.*

¶) circa le- §. XXII. In *Politica* omnino plurima se nobis offerunt docu-
gesferendas. menta, quae huc pertinent, sic ut ex multis pauca feligamus, in
legibus ferendis ad tempus ut attendat legislator, necesse est. No-

** Lib. II. O-* tum est illud *ISIDORI*, * quod etiam repetit vir celebre-
riginum, *D. ADAMVS RECHENBERGIVS***: *Erit lex honesta;*

cap. X. *insta, possibilis, secundum naturae ac patriae consuetudinem, loco*
temporique conueniens, &c. Proinde rationem in promptu ha-
mentis Phi- bimus, unde euenerit, quod una eademque lex viuo tempo-
losophiae ci- re sine vila contradictione ac difficultate recipiatur, quam a-
uile, Part. II. lio tempore, mutatis scilicet circumstantiis fancire ac pro-
e.IX. §. 8. mulgare plane impossibile est. Atque hoc si probe nobiscum
 expendamus, statim quoque patebit, quousq; leges Hebraeis
 olim a Deo latas recipere consultum sit. Etenim licet illae,
 nos hodie non obstringant, quia tamen sapientissimae sunt,
 ab ipso quippe Deo sapientissimo profectae, prudenter uti-
 que agunt rerum domini, qui eas obseruandas fanciunt; sed
 simul tamen, quid hic loci, temporis, ipsiusque reipublicae ra-
 tio permittat, sedulo est dispiciendum.

γ) circa fe-

§. XXIII. Porro quantum in federibus percuiendis com-
 dera pan- modo attendisse tempori iuvet, non nostris sed Excellentissi-
 genda. mi *BVDEI* exponemus verbis, qui * ita praecepit: *Cum pri-*
** in Elementen-* *mis e re nostra fuerit, eo tempore federali inire, quo non tam neces-*
sita-

state quadam ad hoc compelli, quam sponte nostra id in animam tu Phileso-
induxisse videamur. Tum enim aequissimis legibus fedus percutere-
phiae Pra-
re licebit. Contra, si alter sentiat, necessitate quadam ad fedus eliceat p 578.
incundum nos compelli, iis conditionibus, quae nobis valde molestaे 579.
parunque viles erunt, illud inibi. Fortassis etiam plane detrecta-
bit fedus, minusque honorificum censembit, in federis societatem alli-
ei, cum alius praefecto nobis non est, cuius auxilium imploremus. Grae-
corum isti mores erant, qui adfleti variisque cladibus debili-
tati ad federa descendebant tam diu duratura, donec noua
spes subsidii impetrandi illis adfulgeret. N I C I A S in Oratio-
ne ad Atheniensē hunc in modum hac de re differit: Opinami-
ni fortasse apud illos federa, quae nobiscum inierunt, aliquid fir-
mitatis habitura. Illa vero quiescentibus quidem nobis erunt fede-
ra duntaxat nomine: Sicutbi autem exercitus noster plus cladis ac-
cipiat, sine mora manus hostilis ingruet nobis: Primum, quia no-
biscum palli sunt, non voluntate sed iniuste, fortunae & neces-
itate, ac maiori quam nos turpitudine: deinde, quod per haec fe-
dera complures contentiones habuimus. Videatur THVCYDI- * Lib.VI.p.
DES de bello Peloponese. *

343.

§. XXIV. Nec minus felicissimos in bello (iusto scilicet
ac iustis de caussis) alteri inferendo progressus sperare pot-
erit ille princeps, qui commodum exspectauerit tempus, quo
hostis inuadendus propter inteffinos, quibus laborat, motus,
aut bella ciuilia, aut denique infinitas alias rationes ad resi-
stendum longe impar est, adeoque coeco in hostem non ir-
ruit imperu. Id quod tanti est ambitus, ut ad singula praelia
& strategemata adplicari liceat. Quotiescumque enim haud
sine omni victoriae spe cum hoste est configendum, ante o-
mnia illud tempus longe commodissimum haud praeterlabi
patiatur rerum bellicarum peritus dux, quo partim hostis im-
prudentia ruit: quo copiae eius sunt diuisae, aut imminutae,
aut debilitatae: quo forte metus eorum occupauit animos:
partim quo magnam in milite suo deprehendit ad pugnan-
dum

dum alacritatem, siue haec ex superstitione quadam, falsaque
persuasione, siue aliunde orta sit: quo & illud pertinet, si forte
fauentem sibi habet ventum, (quod in primis de classis praefecto
intelligendum est) & ipsum pro eo caelum militare videtur.
Huiusmodi fauorabiles circumstantiae si jurato quasi
concurrent ac ducis bellici adiuvant conatus, adeo ut victoria
potiatur, id quidem est, quod nobis nihil commercii cum
idolis ac fabulis Gentilium habentibus fortunae bellicae nomine
venire solet. Ex his igitur dictis facilissimo interpretaberis ne-
gotio, quid innuat, cum de Alexandro Magno adserunt &
perhibent Historiographi, maxima ipsum in expugnando va-
stissimo Persiae regno usque fuisse fortuna. Nouerat namque
ipse peropportune regnum Persiae eo inuadere tempore, quo
rex eius heroicā virtute, quā antecessores ipsius in subiugandis
gentibus ac provinciis strenue exseruerant, deposita, volupta-
tibus se totum mancipauerat, & praeterea Persici milites ex
diuturna pace regis sui ad exemplum seū componentes arma
rite tractare dedidicerant. At vero quid antiquioribus e-
xemplis recentendis inmoramus, recentiora cum nobis sup-
petant. Illustrē sane, quod loco omnium esse poterit exem-
plum in Eugenio, Sabauidie Duce, ac Caesarearum in Italia co-
piarum summo imperatore, (qui nomen & omen habere, a-
deo que faustis sideribus ad magna & stupenda patranda natus
videtur,) deprehendimus. De hoc, inquam, fama aliquot ante
mensis ad nostras pertulit aures, ipsum calluisse artificium
Gallos in munitissima vrbe, commodissime tamen eo tempo-
re, quo securi nil minus, quam ipsius aduentum exspectabant,
inuadendi. Qua ipsa inopinata sua inuasione panicum Gallis,
suos, quos secum duxerat, milites numero longe superanti-
bus, incusit terorem, adeo, ut etiam impeditre haud potue-
rint, quo minus ille ipsum Gallici exercitus ducem in pretio-
fissimum opportuni a se obseruati temporis praemium capti-
vum secum abduxisset.

§. XXV. Sed manum de tabula! Sufficiat, haec pro vi-
ribus nostris περὶ ἐναργεῖς in medium protulisse. Interim tandem dis-
vero spe laetamur certissima, B. L. nostra qualiacunque me-
ditata aequi bonique esse consulturum, si forte non omni ex coronis im-
parte ad amissum ipsius responderint voto ac exspectationi. ponitur.
Quod si impetraverimus, conabimur in posterum, Deo T. O.

M. vires ac vitam benignissime largiente, lima-
tiora eniti.

F I N I S.

Sphalmata potiora :

P. 6. l. 3. pro B. lege D. p. 11. l. 4. pro nostram lege nostrum.




PRAE-


PRAESIDI HVIVS DISSERTATIONIS
DOCTISSIMO
S. D.

IO. FRANC. BVDDEV.S.



Oalent in morum doctrina, illi
demum laudari magistri, qui
quac docent aliisque praeci-
piunt, suo ipsi exemplo com-
probant. Et recte quidem.
In fraudis enim & impostu-
rae suspicionem incurrit merito, qui aliter docet,
aliter viuit. Te autem, optime VVERDERE,
ab horum moribus quam maxime abhorrere, si
te recte noui, mihi persuadeo. Adeoque non
dubito etiam, quin ipse non tantum memor
semper illorum futurus sis, quae diligenter περιέ-
νεγκτας differuisti, sed & tempestive, hoc est inge-
nii viribus profectibusque tuis probe pondera-
tis, superiorem concendere cathedram tecum
constitueris. Quod si rectum animi proposi-
tum, diuinae gloriae aliorumque vnicē inferui-
endi commodis accesserit, de felici euentu cer-
tus prorsus esse potes. Atque hunc ut Deus
tibi largiatur, atque ipse studiorum tuorum,
imo omnium actionum tuarum moderator ad-
sit semper atque director, id vero est, quod ex
animo opto.





00 A 6301




88

V 17

Retro





DISSESTITO PHILOSOPHICA
ΠΕΡΙ
EYKAIPIAΣ,
De
TEMPESTIVI-
TATE,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSIAE, ELECTORATVS BRANDENBVR-
GICI AC RELIQVARVM BRANDENB. PROVINCiarVM
HEREDE, CETERA,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
CONSENSV AMPLISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHICAE,
PRAESES
M. IO. FRIDERICVS WERDER,
POTSDAMIENSIS MESO-MARCHICVS,
AD DIEM OCTOBR. A. M. DCC. II.
publico eruditorum examini
subiicit,
RESPONDENTE
IOANNE DANIELE Nettmann
Corbaco-Waldeccensi.

HALAE MAGDEB. Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.